

ITALIA XIX. NOVA TABVLA.



Histria vulgo Histerych & Ern-
 landt, cōprehendit Forū Iulij, uul-
 go Frigaul, & duas ciuitates, A-
 quileiam atq; Tergestum. Gallia toga-
 ta habuit olim sub se Emiliam, Fla-
 miniam, Insubriam et bonam par-
 tem Venetiarum. Flaminia quæ et
 Rhomandiola, habet Bononiam
 atq; Ferrariam; aut secundū alios
 Placentia et Bononia sunt in Emi-
 lia & Rauenna in Flaminia. Insu-
 bria cōplectitur Mediolanensem
 terram, quæ postea Longobardia
 & Lombardia est appellata. Ve-
 netorum regio fuit aliquando Car-
 nia & Cœnomānia appellata, ho-
 die uero uocatur Marca Teruisti-
 na. Liguria metropolis est Genua
 Tuscia habet insigniores urbes,
 Pisam, Lucā et Senas. In ymbria
 est ducatus Spoletanus, & ciuita-
 tes Perugia atq; Spoletum. Roma
 sita est in Latio. Ethruria uero est
 inter Liguriam & Tiberim.